

MOTACILLA ROSSICA.



CHARACTER GENERICUS.

Rostrum subulatum, rectum ; mandibulis sub-
æqualibus.

Nares obovatæ.

Lingua lacero-emarginata.

Lin. Syst. Nat. p. 328.

»

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

MOTACILLA grisea, capite nigro, collo utrin-
que albo, pectore abdomineque croccis.

MOTACILLA rubicola. var. β .

Lin. Syst. Nat. Gmel.

MOTACILLA superne nigricans, torque albo
interrupto, pectore atque abdomine supe-
riore croceis.

Lepechin Act. Petrop. 15. t. 25. f. 3.

In Russiæ et Sibiriae betuletis atque locis paludo-
sis præcipue conspicitur Motacilla Rossica, a Domi-
no Lepechin in Actis Petropolitans ita descripta.

“Rostrum tenue nigrum, mandibula superior
paulo longior apice incurva uti in congeneribus :

vertex capitis, genæ, gula atque collum antèrius atra, nucha quoque insignitur nigredine a capillitio ad dorsum producta; partes laterales colli albæ; qui color etiam summa hypochondriorum tenet: pectus atque abdomen crocea, sed in abdomine croceus color magis magisque diluitur ita ut ad pedes albidus sit: dorsum nigricans margine pennarum parum rufescente: scapulae alarum niveæ, rectrices anteriores nigrae apicibus ex albidò rufescentibus: remiges majores fusca, minores nigricantes, omnes margine vexilli interni ad dimidium albo: uropygium utrinque niveum: rectrices duodecim æquales nigrae exceptis utrinque externis, quarum margo vexilli externi albicat: pedes unguesque nigri. Fæmina supra fusca marginibus pennarum rufescentibus, macula alarum candida, gutture sordide albo, pectore atque abdomine dilute rufescente: remiges rectricesque prouti in mare."





W. P. L. G. L. of S. C. P.

THE
RUSSIAN WARBLER.



GENERIC CHARACTER.

Bill subulate, strait: mandibles nearly equal.

Nostrils nearly oval.

Tongue jagged, or lacerated towards the tip.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

Grey-brown WARBLER, with black head, sides of the neck white, breast and abdomen pale orange.

TSCHECANTSCHIKI.

Lepech. Act. Petr. 15. p. 489.

The bird represented on the present plate is principally found in the beech-woods and marshy places of Siberia, and is described by Lepechin in the 15th volume of the Petersburg Transactions. The bill is thin and black, with the upper mandible rather longer than the lower, and slightly curved at the tip, as in others of this genus. The top of the head, the cheeks, throat, and fore-part of the neck, are

black, which colour also reaches from the nape to the beginning of the back: the sides of the neck, and upper parts of the sides are white: the breast and abdomen orange, the colour gradually growing paler as it approaches the legs, where it becomes whitish: the back is blackish, the feathers being slightly rufous on their edges: the scapulars are white, the smaller coverts black, with rufous-white tips: the great wing-feathers brown, the smaller blackish, the inner edges of both being white for half their length: the rump and vent are white: the twelve tail-feathers are of equal length, and black, except the outside ones, which are whitish on the inner edges: the legs and claws are black. The female is brown above, with the feathers slightly edged with rufous: on each wing is a white patch: the throat is of a dull white: the breast and abdomen slightly rufous: wings and the tail similar to those of the male bird.